



**Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo**

**Zype, Frans van den**

**Antverpiæ, M. DC. XLV.**

Resp. I. Constitutus Vicarius an habeat iurisdictionem contentiosam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73071)

Ne Sede vacante.

*Constitutus Vicarius an ha-  
beat iurisdictionem con-  
tentiosam?*

**C**onstitutus est à Capitulo se de vacante Officialis pro contentiosis negocijs: postea tres Vicarij sine potestatis declaratione; nisi quod triduo ante declaratum fuerit eos constitutendos cum facultate qualis de iure competit: queritur an potuerint quandam beneficio priuare; an ille recte appellari tanquam pronunciatum sit à non habentibus iurisdictionem contentiosam? Et quidem vbi duo sunt vicarij, alter in contentiosis, alter in voluntarijs; non posse hunc ad alterius terminos progreedi propinquit ex ijs quæ tradunt Rebus. *in prax. in form. Vic. n. 24. alijque.*

Constituentis mentem, & loci consuetudinem in discriminanda

Officialium & Vicariorū vbi duo sunt, potestate attendendam existimauit *in Consuls. can. de appell. conf. I.* quoniam autem vtraque hoc in casu obscura esse dicitur, iamque ante creationem vicariorum declaratum, dandam illis omnem potestatem, quæ de iure competit; videtur commissam illis esse omnem illam, quæ ipsi Capitulo competit Sede vacante. (adeo ut quidam disputatione, an aliqua penes Capitulum remaneat?) *Quaranta in sum. in v. Capitulum sede vac. n. 4.* atque Capitulu succedit in omnem iurisdictionem Episcopi: c. vte. & penult. de supplend. negligent. prelat. in 6. Episcopus autem constituendo Officialem, similem aut maiorem potestatem ipse retinet: vt generaliter traditur, quantum quis dat, ipsum retinere. *Felinus in c. nouit. n. 8. vers. quod tamen X. de iudic. ex Baldo in l. qui se patris C. vnde liberi. n. 24. Grammat. decis. 30. n. 7. Scaccia de iudic. l. 1. c. 66. n. 5.* adeoque Capitulum, cum Officialem constituit

1. Vbi duo sunt, utrumque intra suos terminos se debet contine.

2. Mens spe-  
cunda &  
confuctu-

do.

3. Alias om-  
nis illa  
Vicario  
competit  
quæ Cap-  
itulo Sede  
vacante.

4. Et quæ  
Episcopo.

in contentiosis, eandem & maiorem retinet: ideoque hi Vicarij potest creati cum facultatibus quales iure competit, generaliter constituti videntur, non specialiter tantum in spiritualibus; sicut Officialis in contentiosis: & consequenter possunt hi vti etiam iurisdictione contentiosa; sicut pos. *Ex po- Capitu- set Episcopus, seu Capitulum, quorum vices generaliter in eos transferint. Sed neque videtur obscura omnino esse Capituli intentio. quippe declarando eam velle potestatem collamat quæ de iure competit, cùm illa sit universalis; & intentio etiā Capituli fuit satisfacere Concilii Trid. decreto. 24. c. 16. quod loquitur de vi- cario generali non in spiritualibus seu voluntarijs tantum: effundendum ad mentem decrei eos constituire voluisse. c. casim. X. de rescript. & verò quoniam credo, non obstante Officialis & Vicariorum creatione, à Capitulo non esse abdicatam iurisdictionem, & solicitudinem Episcopalem, in quam illud succedit, potest spectare ad Capitulum interpretationem suæ commissionis: prefertim in futurum: sicut spadefat ad Episcopum. Claret porro mihi videtur agnosci Capituli tenta iurisdictione in Epistola Clementis VIII. apud Quarantam vi sup. scripta ad Capitulum Neapolitanum, in verbis; date operam, et col- tatus Dei & ecclesiastica disciplina au- ratè obseruerur, & ius ecclie, inspe- cione, et iurisdictione, & liberas ubique fira & Capitula sit. neque villa ex parte immi- tur. denique quicquid ad Dat honorum & animarum utilitatem pertinet, summa inter vos concordia procurari que diligitissime. Bodē facit, quod Con- cilium Trid. 24. c. 16. iubet quidē f. 1. 10. vicarium à Capitulo Sede vacante constitui; non tamen omnem po- testatem tribui, nihil Capitulo re- feruari: imò dum ibid. liberatos à Capitulo iterum successoris ratio- nē dare iubet: non tamen declarat libera-*

liberationem nulliter factam esse: item chartas Episcopales non vetat ad Capitulum pervenire; sed mandat successori restituiri &c. s. 7. c. 10. intra annum vetat; post annum permittit dari dimissorias a Capitulo. ac proinde satis liquere videtur agnosci in Capitulo iurisdictionem, & si vicarium creari vnum, vel plures, & oeconomicum pro fructibus. Id enim ea ex causa potissimum videtur fieri iussum, quia pene esset impossibile, ut, si Capitulum per se totum administraret, singulis ecclesiis necessitatibus, praesertim repentinis, & moram non ferentibus, pro debito posset satisficeri.

## De feudis.

## RESPONSVI.

De diversis dominis viriis, feudi, & iure venandi.

**O**fficium villici feudi nomine possidetur; praescribere ergo aduersus fidelitatem non potest. *Papon. arref. l. 12. t. 12. ar. 20. 21.* Villicus officiarius est, procurator, seu mandatarius. *I. urbana familia & ibi Alciat. D. de verb. signif.* unde illud euangelicum; redde rationem villicationis tue. siue ergo officium sit perpetuum, siue temporale; fines mandati domini sui diligenter debet obseruare. *l. 5. D. Mand.* & non obsistere domini utilitati, aut committere feloniam. ex qua etiam hodie vasalli priuantur. *Gudelin. de feud. p. 5. c. 1. post Chafsan. Boer. Molin. Papon. d. l. 13. iii. 13. ar. 9. & seqq.* aut debet sponte refutare feudum. *l. 2. feud. 1. 28.* *Gudelin. ubi supra c. 2.* nec potest vasallos aut emphyteutas Domini sui, suos vasallos aut emphyteutas, aut censuarios facere; aut

censitalibus suis libris inscribere. quamquam enim secundus cen- An vnu feudi plu- fatus sine praeiudicio primi impon- res dom- esse pos- fuit? n. 9. ita ut prior tempore maneat praecipuus. *arg. c. constitutus. X. de re- lig. dom. Papoz. ubi supra citans Felin.* in c. causam de probat. *Ioan. Fabr. in s. adeo Inst. de loc. & cond.* tamen quo- ad iura dominicalia ab alio, quam primo domino recognoscenda, id non est permisum. *idem Faber in l. cum dubitatur in princ. n. 8. C. de Iur. emplo. & de fidelitatis iuramento deferre decisum est. in c. 22. X. de Iureinr.*

Dux Brabantiae omne allodium in villa W. contulit monasterio S. B. retinuit tamen in eadem dominium alte iusticie, & in sua H. venationes ferarum: quod teuhonice volvivanc dicitur: & quod mona- stericum non poterit extirpare sylam;

*4.* nisi de Ducis voluntate: quae fitum Venatio ad quem per-

est an ad monasterium spectet

venatio perdicum; an ad illum

cui postea Dux dominium altæ iusticie concessit? Iure quidem

naturali, & civili Romano venatio cuique permissa est; ita ut fe-

ræ capientium sicut. *l. 1. D. de acquir.*

*rer. dom.* nec interfit quoad be-

stias, feras, & volucres vtrum in

suo quisque fundo capiat, an in

alieno. *l. 3. D. cod. 9. serie Inst. de ver-*

*diis. c. ius naturale. dist. 1. l. vn. C.*

*de venat. fer. lib. i. 1.* vt iniuriarum

teneatur, qui pescari aut aucupa-

ri quem prohibuerit. *l. iniuriarum*

*13. 9. vlt. D. de iniur.* Quam-

quam in Germania venatio Prin-

cipibus reseruata ex historijs pri-

dem videatur. unde ex *Cram. hist.*

*eccl. l. 1. c. 2.* refert Baronius ad

*an. 804.* Carolum Magnum Ostia-

burgensi ecclesia nemus certis fi-

nibus definitum dedisse, cum

omni, inquit diploma, integritate

in porci silvestribus, cervis, au-

bis, & pisticibus, omnique venati-

one, que sub banno usali ad fore-

sum deputatur, ad similitudinem

foresti nostri Aquigrani in sua,

*I. 2. Ossiningi*

Villicus va-  
libus an-  
dices  
dominum  
penebatur?

Obistens  
domini vii-  
lati felo-  
niam com-  
mittit, &  
fondo po-  
ret primari,